



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

rum tradere, infelicissimam statim animam exhalantem. Atq; hæc in sinu patris fieri voluit Deus, vt ille intelligeret quod paruulum tam male educando non paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutriuisset.

VINDICTA CALVMNIAE.

CUm Gregor. Thaumaturgus degeret in **C**Agypto in magna Alexandri vrbe, in quam ex omnibus partibus philosophiæ ac medicinæ studiosa iuuentus confluebat, molestū spectaculum erat æqualibus, adolescens supra ætatem sobrietate sapientiæq; ornatus: eius enim vitæ puritatis ac integritatis laus impurorum probrum erat & dedecus. vt igitur aliquam excusationem intemperantes ac libidinosi haberent, si ipsi non soli tales esse viderentur, insidias comminiscuntur, & vafrum quoddam consilium excogitant vt aliquam notam & maculam magni illius viri vitæ inurant. Ac producitur, ab his qui illum calumniabantur, muliercula meretrix quæ corpore quæstum faceret, infamia irrogata, ex carcere dimissa. Cumque ille, pro consuetudine, cum viris doctis atque delectis, in habitu graui atque honesto de quapiam quæstione philosophica disputaret, vnaque se cum illis exerceret, muliercula accedit ineptis gestibus formam ostentans, & mollitiem luxumque præ se ferens, & per omnia, quæ dicebat & faciebat, sese consuesce-

1.

Consule
locum de
periurij
pœnis.

C 2 te cum

re cum eo simulans: tandem dicebat se mercedibus fraudatam esse. At cum illi, qui eius vitæ puritatem & continentiam non ignorabant, indignarentur, & ira aduersus mulierculam commouerentur, ipse neque vna perturbatus est cum ijs qui ipsius nomine stontabantur, neque quidquam huiusmodi dixit, cum calumnijs premeretur; quale pronunciare par esset eum qui grauiter molestaque rem ferret; non testes vitæ aduocans non iureiurando probum ab se reijcit, non malitiam eorum qui hæc aduersus eum machinati erant, conuicit: sed submissa atque data voce, cõuersus ad quendam familiaris heus tu, inquit, numerata pecuniam, ne diutius importunitate sua propositæ quæstionis tractatum conturbet. Cum autem is cui iniungebatur, à meretricula sciscitatus quæ tam pecuniam ab illo posceret, sine mortuam adnumerasset, atque ab lasciuis & proteruis aduersus sobrium & continentem indiciæ peractæ essent, & iam in manibus illius infamis lucrum esset, tunc diuinitus & conuentus adolescentis probatur, & calumniarum qualium patefit. Simul enim atque pecuniam accepit, spiritu infelici atque maligne correpta, fremituque immani atque ferali, dissoluto à voce humana sono ingemiscens, collata tur prona in medio cœtu cõgregatorum, præter speculum horrendum atque terribile præter tibus repente facta, cum & capillus, quem

mani
& oc
At no
mag
atque

lumb
mij
est C
tisco
ait (s
neus
ius tu
uinu
ni ci
iudic
obtre
ille (s
locur
ti cap
iudic
dieru
ni me
reden

CAE

R
neua
ritu in

ma

manibus vellebat, dilaceratus atq; dissectus, & oculi inuersi essent, & os spumas emitteret. At nō prius à dæmonio suffocari desijt, quam magnus ille (Greg.) Deum pro ea inuocasset atque placasset. Hæc Greg. Nyssenus.

v. locum
de perfec.
piorum.

Cum hæreticus quidam Agrestius B. Columbanum iam mortuum conuicijs & calumnijs laceraret, B. Eustachius Abbas sic vltus est Calumniatorem idque in concilio Matiscenensi. In horum præsentia sacerdotum, ait (vt scribit Ionas abbas eius contemporaneus) te ego, eius discipulus & successor, cuius tu disciplinam & instituta damnas, ad diuinum iudicium cum illo intra præsentis anni circulum disceptaturum inuito, vt istius iudicis examen sentias, cuius famulum tuis obtreptionibus maculare conaris. Sed cum ille (Agrestius) sapius sibi datum pœnitentię locum non agnosceret (subijcit Ionas sequenti capite) vt B. Eustachij sententia ad diuinum iudicium ipsum vocantis præualeret, ante 30. dierum curriculum priusquam vertentis anni meta completeretur, à seruo suo, quem ipse redemerat, securi percussus interiit.

2.
Delr. disq.
mag. li. 4.
c. 4. q. 4. f. 1

Vita S. Eustachij seu
Eustasij
c. 6. mense
Maio.

*CAEREMONIARVM IRRISORES
puniuntur.*

Refert Bredenb. li 7. coll. sacr. c. 56. quodd, cum Pharellus & Viretus primum Geneuæ secreto concionarentur, & Catholico ritu in solempni quodam festo Virginis Dei-

C 3 paræ

paræ Processio cum SS. reliquiarum deportatione institueretur & matrona quædam primaria & Deiparam & sacerdotes irrisisset, postridie enixa sit puerum mortuum, quo viso aperte sinistram suam machinationem confessâ sit, nimirum se iam antea decreuisse non permittere prolem suam à quoquam sacerdote baptizari.

2.
Cap. 57.

Subiungit de duobus Geneva Lausannam euntibus, cumque tempestas gravis intruderet cum tonitruo & fulgure, atque alter illorum se signaculo S. crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, alter eum irridens, sicine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere (nam huiusmodi facetijs omnia sacra ludificantur) & ecce protinus denuo cælum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus emoritur, altero isto cruce signato incolumi manente, qui mox rem gestam per totam Geneuam diulgavit.

3.
Cap. 58.

Addit, quod cum Reu. patres Societ. Iesu Collegio suo recentè Antuerpiæ erecto factiosorum hominum opera eieci vrbeque excedere iussi essent totaque iam Collegij domus vacua esset ac desolata quidam Calvinistica factionis sectator in eam se proripuit, & colligati straminis fasciculum (qui adibus pestis cōtagio infectis appendi consuevit) è fenestra suspendit in derisum & cōtumeliam Patrum, moxque alius quidam eiusdem factionis ostium pulsavit, alter vero qui fasciculū suspenderat,

quid,

quid, inquit, hic pullas? videtne insigne pesti-
 lentiae? vniuersi hic peste sunt sublati. Eodem
 die pestis domum istius irritoris inuasit, cum
 tamen ante nulla circumquaq; esset pestis co-
 tagio. Et cum circa idem tempus Antuerpia in
 platea cochlearia vulgo appellata plerique re-
 rum nouarum studiosi conuenissent diemq;
 festu agerent ob patres Soc. Iesu vrbe submo-
 tos, ac pernam bene elixam in medium platee
 adferentes leti epularentur, ac deinde ad cho-
 reas & tripudia sese dederent, ecce paulo post
 istius platee habitatores tam saeva inuasit pe-
 stis vt circiter 40. ea lue statim exstingueren-
 tur, interquos & capitaneus & praecipui inco-
 lae istius loci fuerunt. Ijdem quoque paucos
 ante menses Catholicos scommatibus & di-
 cterijs diuexarant cum iuxta antiquissimum
 totius Ecclesiae ritum in diebus Rogationum
 ab aede sacra D. Michaelis ad Basilicam Dei-
 parae Virginis sacras litanias solemniter & re-
 ligiosè peragerent, vtriusque facinoris impie-
 tatem vna vltione Deus vindicauit, vt qui an-
 tea dissimulando se mitem & longanimem of-
 fenderat nunc vindicando se Deum vltionis
 declararet.

Cap. 59.

S. litanis
 & sacerdo-
 tib. insult-
 antes diui-
 nam pecc-
 sentiant
 vltionem.

In vltimo cap. libri ait: Anno 1578. Sylua-
 ducis Brabantiae contigit vt quidam nouorum
 dogmatum praeco in Ecclesia paraciali D. Petri
 concionaretur, qui cum inter caetera ele-
 uationem SS. Eucharistiae miris cachinnis
 & contumelijs exagigaret, aliasq; Catholicae

4.
 Cap. 61.

C 4 Eccle

Ecclesiæ cæremonias effreni verborum potulantiã proscinderet, mox in ipso suggestu inter ipsa profanæ sermocinationis ludibria diuinitus morbo corripitur, animamq; non multo post exhalat, & clam à suis sepelitur.

5.
Cap. 48.

Prope Delphos contigit pueros quosdam in pagis baptizari, sed spretis & omissis à baptizate cæremonijs Catholicæ Ecclesiæ, Pueri isti postea omnes morbo correpti sunt. parentes puerorum videntes vltionem diuinam rogarunt pastorem quendam Catholicum Delphis tunc agentem vt cæremonias quas sciebant antiquitus ritu Catholico adhibitas nunc vero omissas supplere non grauaretur, quo peracto mox omnes illi pueri languentes & infirmi conualuerunt.

6.

Anno 1581. In die corporis Christi venit Erphordiam Elsa Blassen cum marito, infante, matre, ancilla & alijs, circa 7. horam & 8. in templo Seueri audiuit concionantem Doctorem Vitum Miletum de Venerabili Sacramento, & finita concione incepit audire sermone Pastoris (eiusdem Ecclesiæ) Michaëlem Herzig. Sed cõsistens prope altare S. Michaelis cum infante magno impetu corruit in terram inspectante & præsentem etiam Georgium Oland Vicedomino. infantem illæsum præsentem sustulerunt. mater vero muta & omnis sensus expers elata est ex templo, eique vberim effluxit sanguis ex ore & naribus. Mater & ancilla asseuerabant eam in templo irrisisse

se sacri

se sacrificantem sacerdotem, & in hanc blasphemiam erupisse, accedendū mihi propius vt videam huius fatui prestigias: Ich muß hin zu gehen vñnd sehen was der Narr ganclet. Viderant & alij ipsam in templo oberrantem & non solum sacrificia sed & concionem irridentem. Cum vero ad se blasphema hæc mulier fuisset reuersa & se Gottam, vnde venerat, recepisset, vicini eius Erphordienses quosdam post aliquot dies docuerunt, ipsam ægro pristinae sanitati restitui posse.

Scripti nuper aliqua de terræ motu duorūq; pagorū oppressione, sed minus perfecta, nunc quæ vel didici à nostris qui locum vident, vel ex aliorum vera relatione cognouit scribā. Accidit hæc miserrima clades eo tempore quo Ecclesia Catholica iuxta calendarium vetus diem cinerum celebravit, quò die incole Baccho & comotationibus dediti in Catholicorum despectum ridicule orbiculos ex rapis & pomis excisos instar sacerdotum sacrificabant (Ich vermein es werden Nettig schmitz gewesen sein/ dann es bey diesem Volck gar bräuchlich zu morgens früh in Nettig vñnd Knobloch zu kolschen). Sunt porro hi subditi Bernatum & plerique Hugonotæ, pagus vterq; fuit supra lacum Lemanum ad Rhodanum situs in valle satis ampla omni ex parte circumdara alpibus, vini & scæni feracissima in eadem ad radices alpium exsurgunt colles altiores turri Ingolstadiana, retro quos

C 5 præ-

7.

De terræ motu Heluetico ex literis Friburgi à viro docto & fide digno datis 7. Iulij, anno 1584.

prædicti pagi magno à se interuallo distantes positi fuerunt. Itaq; cum personati hinc inde discurrerent & summo mane vino maderent, ecce de repente ob terræ motum montes iuxta positi vacillare cœperunt, sensimq; terram deiicere; at illi propter collem interpositum secure in eadem leuitate permanentes tempestatem contempserunt (haben das Gwitter fürber rauschen lassen vnd den schleimer gesungen) verum extrema gaudij luctum præoccupauit. Nam concussione facta, mons per medium diuisus ingenti fragore decidens prius vtrumque pagum congerie terræ & lapidum contexit, quam fugere miseri possent. Quotquot igitur fuere in pago cum iumentis & animalibus sepulti sunt. Duo autem euerunt quæ miraculi loco habenda sunt. Vnum quod ex incolis quidam vir confectæ ætatis fugientes filios reuocâs & ad orationem exhortans seruatus fuerit sine vlla læsione, nec domus illius cooperta, licet reliquorum in eodem pago ædes obrutæ fuerint: alterum quod terra decidens ex altissimo monte, in ea valle quæ retro montem est, non remanserit, sed illa per motem resiliens pagum remotiores oppleuerit, & quidem ita affabrè vt ne lapis quidem sit qui inordinatè terram in congerie excedat (also artlich ist das Erdereck auff einander gesetzt/ daß ob gleichwol merckliche grosse Felsen sampt der Erden sich von der höhe des Bergs haben abgeschliffen/nicht doch

CO
wenig
Es ist
habe de
reich
in hoc
terra n
egresta
star san
fecti di
minum
teantur
iument
126. mo
rum 21
niq; do
gangen
gewiß
A M
in Holl
tes, qui
runt ca
sia enim
vt irrid
ipforun
conscen
ram SS.
nam aq
saltates
Domin
amictus
ipfis ve
m

weniger kein Stein für den andern aufgiehet; Es ist ein gemein sage/der Engel desselben orts habe den Rücken widergehalten vnd das Erdreich auff den Dorff in solche höhe auffgeföhret) in hoc postremo pago quatuor domus quas terra non cooperuit, flamma ex terrę cõgerie egressa exulsit: scaturiunt fontes ex eadem instar sanguinis quos duo viri prudentes eo profecti diligenter considerarunt. Numerus hominum oppressorum maior est quam ipsi fateantur, aiunt enim dütaxat 122. interijße, ex iumentis 804. domus numerantur 96. horrea 126. molendina 8. iugera vinearum 62. pratorum 212. agrorum prope pagum 66. vini deniq; dolia 318. (die anzahl des Weins so vndergangen/ist noch so groß/ aber hat bisher nit für gewiß mögen geschätzt werden).

ANNO 1602. in Bacchanalibus 22. Febr. in Hollandia in ciuitate Edam, triginta milites, qui breui venerant Ostenda, impiẽ irriferunt cæremonias Ecclesię Catholicę, indusia enim super cætera vestimenta induerunt vt irriderent vestimenta clericorum. vnus ipsorum induit casulam & locum editiorem conscendit, in manu formam ciborij ac figuram SS. Sacramenti gestauit, alius vrnã plenam aquę cum scopis portauit, hinc omnes saltates & cantillãtes frequenterq; repetentes, Dominus vobiscum, intrarunt templũ: casulam amictus cæteros præcessit, Demum vnum ex ipsis veste sacerdotali ornarunt, alligatum arbo-

8.

Hęc Tragedia Edamensis Bruxellis Belgicę est impressa apud Rotgerum Velpium. Vnus horum militũ Antuerpię fuerat Observans. Processionis Catholicę imitatio.

Placuerūt
Cōsistorio
&c. quas fe-
cerant fa-
bulas.

Pōtificem
Romanū
eiusq; ca-
thedraū
rident.

Was helfe
feu mir
Zierffn vnd
Bril waß
ich nit sehen
wil.

arboribombardis papyro oneratis petierunt, quasi mortuum sepeliuerunt, ex sepulchro terum extractum in templum duxerunt, ubi consules ipsis quatuor cupas cereuifiæ loco honorarij dederunt, quas in templo cum consilibus euacuarunt. Postridie vnum ipsorum instar Episcopi vestierunt mitra exornarunt, conspiciendum naso eius imposuerunt, & magnum cereum ei in manus dederunt, ridens ipsum quasi nihil videret nihilq; intelligeret ad quæ ipse respondit, quortum mihi cereum & conspiciendum cum videre nolim? Tace multa alia quibus religionem Catholicam populo ridendam propinarunt. Cum eadem nequitas ipso die S. Matthiæ (24. Febr. dom. I. Quadrag. repetere conarentur, mane post 4. fulmen incidit in prædictum templum, & simul cacodæmon in forma serpentis habentis caudam instar cometæ, qua in orbem complectebatur vniuersam turrim templi, euomebat ex faucibus magnos globos flammarum quibus incensæ sunt quatuor domus templo vicinæ, identidem etiam vociferabatur Dominus vobiscum, & prædicta ludibria blasphemorum militum repetebat, turris ita incendio conflagrauit cum templo & ædibus vicinis, vnica domus mansit illæsa, la nimirum quam olim inhabitauit Pastor eiusdem Ecclesiæ & iam inhabitant eiusdem cognati pij Catholici. Nisi ciues Hornenses & Munikendamenses Edamensibus fu-

curris
Quant
gædig

Ni
trajici
esset, p
pra, id
la capi
non in
quo co
secum
exhibe
scelesti
cerat r

The
natis a
seculi c
linia B
præsen
cum iur
ergo de
mox à c
familia
Hansv
extra op
ibidem
plurim
lares pu

curriſſent, tota ciuitas cum incolis periſſet.
Quantam vindictam irrogatam eſſe huius tra-
gædiæ auctoribus exiſtimabimus?

*OB CHOREAS PESSIME
pereuntes.*

Nicephorus de filia Herodiadis ſaltatrice
ita ſcribit: Brumali tempore ei fluuius
traijciendus erat, qui cum glacie conſtrictus
eſſet, pedes eum tranſibat. Glacie autem ru-
pra, idq; non ſine Dei numine, demergitur il-
la capite tenuis, molliusq; ſe mouens ſaltat,
non in terra, ſed in vndis, caput vero à reli-
quo corpore, non ferro, ſed glaciei cruſtis re-
ſectum, in glacie ipſa ſaltationem lethalem
exhibet, ſpectaculoq; eo omnibus præbito,
ſceleftum hoc caput in memoriam ea quæ fe-
cerat reuocat.

Thomas Cantipratensis (D. Thomæ A qui-
natis æqualis) in libro apum exempla hæc ſui
ſæculi cõmemorat. Puella quædam in Mecho-
linia Brabantia oppido, inquit, vt ab eis qui
præſentes fuere cognoui ſacro die dominico
cum iuuenibus diu choreas duxerat: fatigata
ergo domum redijt, & dormitum pergens
mox à dæmone obſidetur, ea clamante ſurgit
familia, ligant vinculis ſæuientem, mane in
Hansvich ad oratorium glorioſæ virginis
extra oppidum deportatur. frequenter enim
ibidem Maria virtutum operatrix miracula
plurima demonſtravit. Accurrunt mox Scho-
lares pueri, vnusq; duodecim annorum auda-
cior

1.

Hist. eccle.
lib. 2. c. 20.

Matth. 14.

2.

li 2. c. 37.

cior cæteris demone adiuravit, & crucis signo pollice in umbilico puellæ expresso fugavit.

3.
Cap. 49.

Vidi ego adhuc puer in choreis procacissimam saltatricem, quæ me præsentem post choreas insolenter cum adultero luctabatur, cum cessasset, subitanea morte percussa mirabiliter expiravit. In Gallia iuxta Laudunum sicut à presbytero villæ percepimus, quidam choreas ducentes supra pontem, disrupto subito ponte fortissime in aquis validis omnes sunt submersi.

4.
ibid.

5.
Cap. 57.

Marchia in Flandriæ atq; Brabantia distans à villa populosissima sita est, in qua deditio celebrata multos ad lusum traxerat, in quos, à Gulielmo bono & litterato presbytero & in iisdem partibus nato percepimus quidam tibicen erat qui tripudiantes iuvenes & puellas gestulationibus suis ad carmina turpia concitabat. Hinc cælo nubibus circumvesperam obscurato omnes ad propria recesserunt, solo tibicine nondum lusibus satiatum & cum saltu tibiæque sonitu ad sua pariter remeante, qui secuta coruscatione & tonitru, fulmine percussus est, videntibus dumtaxat pueris pastoribus qui ad dumeta congerant. Iidem pueri mox viderunt quod duo nigerrimi canes ex insperato venerunt & inter se pendulum extincti brachium portarunt. Corpus autem tibicinis sepultum quidem est in atrio Ecclesiæ, mane tamen pulchrum patens & vacuum inuentum est.

creditumq; est à dæmonibus, sicut & brachium absportatum.

MISERABILIS EXITVS CLERICI
qui in Concubinato vitam
traduxit.

Petrus Venerabilis abbas Cluniacensis S. lib. i. c. 29.
 Bernardi æqualis in libris miraculorum:
 apud castrum Liziniacum inquit, quod in Pi-
 ctuensi pago situm est, nuper quidam pres-
 byter erat, qui sacerdotalis ordinis supercele-
 stem dignitatem miserimæ vitæ conuersa-
 tione deturpans non ad animarum quibus
 præerat curam, sed ad carnis suæ voluptatem
 explendam sacro ministerio utebatur **Qui,** **Ezech. 34.**
 iuxta prophetam, lac gregis sui comedens,
 & eius se lanis operiens, absque vlla spe æ-
 ternorum mercedibus mercenarij auidissimè
 pascebatur. Mundissimam atque omnia mun-
 dantem **CHRISTI** carnem & sanguinem in
 altaris Sacramento frequenter officio, non
 deuotione, sumebat, nec ab immundis ta-
 men carnis operibus sese cohibebat. Cumq;
 vt sus immunda multo tempore in cœno lu-
 xuriæ versaretur, & sui ipsius fœtoribus de-
 lectaretur, territus conscientiæ malo (sicut
 aliquando & mali ad horam compungun-
 tur) familiaritatem quorundam bonorum
 virorum expetijt, & Abbati Bonzvallis
 ac fratribus eiusdem Monasterij se in
 ami-

**De presby-
 tero fornica-
 rio ad-
 miranda &
 metuenda,**

amicitiam specie tenuis copulauit. Qui longum tempore eum de vitæ emendatione commo-
nentes & vt seculo renunciaret assiduè exhortantes, nihil ab eo impetrare præter inanem spem aliquando potuerunt. Nam libenter quæ dicebant, audire se fingens, & semper de conuersione suspendens, de societate factorum illorum gloriabatur nec admonitione vel exemplis eorum à malis retrahebatur. In his atq; alijs perditæ atq; perdendæ vitæ sine actibus perdurans, & obstinatione impetram sibi in die iræ thesaurizans in morbum incidit, quo post aliquot dies ingruens ad extrema peruenit. Adierat eum visitationis gratia Prioriam dicti Monasterij, atq; cum eo aliquantum diei spatium, ipso quo rogante, permanserat. Et ecce nocte supernante, cum cunctis discedentibus solus lectus eius assideret, clamare terribiliter æger illi ad Priorem cœpit. Succurre, ait, succurre, ecce duo super omnem feritatem expauescentes Leones in me impetum faciunt, hiante oris rictu feroci per frustra discerpturi me totum consumere volunt, deprecare cito dominum vt ab his eripiar, antequam moribus eorum consumar. Dicebat hæc & tremebat, ac velut deuoratos fugiens timore defecto corporis vires addente, retro cedebat. Prior vero visus illius ac gestus terrore turbatus, non multo & ipse timore erat: ad preces tamen sancta necessitate impellente conuersus pro m

ro i
ora
reco
tuas
que
exti
vel i
sus a
velu
quã
hor
mar
est.
und
ven
bure
mor
& br
aliqu
turb
nim
cend
ctæ
timo
quan
feric
ni in
nis v
quiet
per n
terpo

ro ille, vt poterat, dominum exorabat. Quo
orante, mutata voce æger, Bene, inquit, bene,
recesserunt crudeles bestia, & per orationes
tuas iam vltra nusquam apparent. Et quia vs-
que ad vltimum spiritum semper compos sui
exitit, (nec vt quidam morientium solent,
vel in modico sensu imminutus fuit) conuer-
sus ad Priorem, loqui cum eo de quibuslibet
veluti sanissimus cœpit. Cumq; tam de his
quàm de alijs multa intèr se verba cōferrent,
horæ fere vnius spatio elapso, rursus incla-
mare longe terribilius quàm primo, exorsus
est. En, inquit, en ignis de cælo, vt torrens in-
undâs descendit, & super hunc meum lectum
veniens iam iam me in fauillam vsque com-
buret. Festina, adiuua, ora, si forte & ab hac
morte eripi valeam. Et hæc dicens, manibus
& brachijs opertoria subleuabat, eaque velut
aliquid iuuare possent inuisibilibus ignibus
turbatus opponebat, sed nequidquam: non e-
nim corporalia tegmina à spiritualibus in-
cendijs tegere poterant quem cælesti vindi-
ctæ impia opera exponebant. Prior adaucto
timore denuo ad orationem conuertitur &
quantum in tali casu fieri poterat, domini mi-
sericordiam deprecatur. illo, vt supra, oratio-
ni instante post paululum patiens gratulatio-
nis vocibus preces eius interrupit, dicens:
quiesce, iam ab igne tutus sum. nam dum su-
per me, vt dixi, cum impetu descenderet, in-
terpositus est linteus, vsq; ad quem ignis per-
uenit,

D

uenit, sed eum transire non potuit. Iam & ab isto periculo ereptus, oro ne à me discedas quousque quis istorum finis futurus sit noscas. Tum Prior qui tam timore, quam hospitandi necessitate recedere volebat, stetit, & ab oratione surgens rursus egressus sedit. Cumque eum tantis terroribus animam consolaretur, & vterque ad inuicem ut prius, colloqueretur, subito ægrotus ad uitibilia raptus obmutuit. Prior raptum eum ab humanis intelligens rei exitum persequi stolabatur. Cum ecce post multum moræ spatium homo ad se redijt, & miserabiliter ingemiscens ait: Ha ha ad iudicium æternum raptus sum, & heu miser, æternam

Qui carnis voluptati bus, ait Baron. anno Chr. 1100. succendens te libidinis igne carnis cœupiscētiam, Deū offenderit iuste ei, succensa igne adipe, cruciandum ipsum fore, peruisum ostensum est.

morte damnatus sum. Traditus sum in horrendis tortoribus, igne inextinguibilis diabolo & angelis eius perpetuo cruciatus. Ecce ecce ignita sartago plena bulli adipe, quam coram me tormentorum ministri detulerunt, eamque ad me frigidius vndique succenderunt. Et cum Prior in oratione, sicut iam bis fecerat, tertio quoque inuocauisset, ille ait: Cessa cessa, pro me Ora pro illo ultra fatigeris, pro quo nullatenus exaudieris. Priore vero dicente, frater ad cor, & misericordiam dum adhaerens, quis à Deo require, ille adiecit, putas autem ut insanum loqui? Non insanio, sed mente, quæ dixi, confirmo. Et cucurrit

Prioris manu tenens eum interrogauit. Nonne hoc, quod manu teneo, cuculla tua est? Quo respondente, est, adiunxit. Sicut hæc vestis cuculla est, & sicut hoc, quod mihi substratum est, palea est: Sic & hoc quod coram cerno ignita sartago est. Et dum hæc loqueretur, gutta inuisibilis ignis de illa, quam dicebat, sartagine exiens, in manum eius, Priore vidente, cecidit. Et mirabile dictu, cutem & carnem vsque ad intima ossa consumpsit. Tum ille acri cum gemitu, Ea, inquit, indubia rei probatio. Nam sicut ista, quam vides, de sartagine prolapsa gutta carnis partem consumpsit, sic confestim totum me ignea vorago consumet. Priore ad ista stupente iterum dixit. Ecce sartagine istam ministri infernales propius afferunt, vt me in illam contijciant, jam namque manus adaptant. Et post modicum, ecce linteum in quo laceo, vndique concurrentes accipiunt, & me in ignitam sartagine æternum frixuram proijciunt. Hoc velut vltimum vale mox vt Priori atque his qui ad hoc horrendum spectaculum conuenerant dixit, subtracta voce, ac reflexa ceruice puniendum spiritum cõdemnatis spiritibus tradidit. Tantus vero terror omnes inuasit, vt illico vniuersi aufugerent, neq; aliqui in domo vbi cadauer mortui remanserat,

ret remanere auderent. Facto mane miserum
 cadaver sepulturæ mandatum est. postea
 quot autem dies cum ad vniuersos circump
 fitos hæc tam terribilis fama peruenisset
 veritatem probare volentes, tumulum ex
 ruerunt, atque fossam illam quam in ma
 presbyteri adhuc viuentis gutta præni
 damnationis fecerat in mortui cadauere
 uenerunt. hæc Petrus. Vetustiora exempla
 bet Petrus Dam. Tom. 1. ep. 3. & 8. lib. 4. &
 lib. 5. apud Baron. anno Christi 1057. Con
 presbyter vegetus & robustus vesperi in
 bens mane reperitur cadaver exanime,

*GRAVES POENAE EORVM
 contra Deum vel homines deliquerunt
 per Contemptum.*

1. **A** Gar ancilla Saræ ob despectam Do
 Gen. 16. 4. nam punita est, dixit enim ei ang
 Fugerat ne Reuertere ad dominã tuam & humiliar
 subiecta es manu illius &c.
2. Michol filix Saul, quia despexit mari
 2. Reg. 6. 16. suum David Regem, non est natus filius
 in diem mortis suæ.
3. Quia Rabsaces dux militum regis A
 4. Reg. 18. riorum contempti locutus est de pop
 & 19. 35. Hierosolymitano, & de Deo Hebræo
 percussit angelus in castris Assyriorum
 tum octoginta quinq; millia.
4. Quia Aman Princeps Mardocheum

um ad fores Palatii sedentem inter omnes mortales maximè despexerat, ita ut suadentibus amicis excelsam trabem altitudinis quinquaginta cubitorum, è qua eum suspenderet, fieri iusserit, & propter eum omnes Iudæos per litteras annulo regio signatas ubique trucidari mandarit, tandem coactus est cum summa sua ignominia illum ipsum Mardocheum equo vectum & regijs vestibibus amictum per plateas circumducere, & exclamare; Sic honorabitur, quemcunq; Rex voluit honorare, ac demum in ipsam trabem quam Mardocheo parauerat iussu Regis (Assueri) adactus est.

Esth. c. 3.
4. 5. 6. 7.

cap. 6. 9.

Antiochus contemnens Iudæos eorumq; Deum minatus est se Hierosolymam in congeriem sepulchri conuersurum, & Iudæos tãquam sepultura indignos se auibus ac feris diripiendos traditurum, insanabili & inuisibili plaga à Deo percussus est. ut enim finiuit, ait historia, hunc ipsum sermonem, &c.

5.
2. Macc. 9. 5

De Phariseo præse publicanum humilem ceterosque homines aspernante, ait Christus, Descendit hic (publicanus) iustificatus in domum suam ab illo (Phariseo).

6.
Luc. 18. 9.

POENAE AC INFELICES EXI-
tus Crudelitatis ac tyrannidis.

Quintilius Varus ad administrandam Germaniam amandatus, dum asperè nimis ac durè barbaram gentem illam tractaret ad

1.
Sen. Non
diu potest
quæ multo
desse.

D 3

rum malo
exercetur
stare po-
tentia.

defectionem impulit, atq; adeo cum adu-
sus eosdem bello decerneret, profligatis
cæsis Romanorum copijs ipse desperatione
actus sibi ipsi mortem consciuit. Dio histo-
Rom. lib. 56.

2.

Tyrannus
specie leni-
tatis & cle-
mentiae fal-
lit, dum vi-
res confir-
mat se seq;
opibus &
præsidijs
munit,

Domitius Nero imp. biennio sui imper-
commodissimus erat princeps: confirmatus
vero principatu in contrarium prorsus ve-
tebatur, insitam immanitatem diutius dilu-
mulare nõ valens quasi bestia indomita &
manis in omnes ordines grassabatur. Quo-
do vero multi in illum conspirassent com-
infelici, anno 14. sui imperij vili indutus
ste fugam arripens in spelunca quadam
equites se quærentes aduertare cognouit, si-

De his fusi-
us Sueton.
in Ner. ca.
43. 44. 45.
& c. 49. &
Dio in Ner.

ipfi, licet pauidus, intulit manus, eum
agrè morientem vnus ex tribus vel qua-
or libertis qui ipsum comitati fuerant con-
cit, 4. idus Iunij (quo die olim Octavianus
coniugem interfecerat) agens suæ aetatis
num 32.

3.

lib. 1.

Domitianus imp. (qui, vt ait Herodianus
nihil sibi ad extremam crudelitatem relin-
fecit) tandem cum admodum atrociter
Christianos persecutionis eius impetus fu-
ret, meruit, vlciscente iam numine, glori-
tollì. Ethnicus poeta Iuuenalis propter ef-
sum Christianum sanguinem eum fuisse
catum putauit. Nam cum ait, tunc illi per-
cum cerdonibus (sic ignominia causa) Ch-
stianos perinde ac vilissimas personas app-

Sat. 4.

lat) timēdus esse cœperat, absq; dubio alludit ad necem ipsi illatam à Stephano Flaviæ Domitillæ sc̄minæ Christianæ (quã in Insulam relegarat) procuratore; qui simulans se de cõiurationis indicio illi offerre libellum, è brachio quod ad collum appensum, fractam manum fingens, dolosè gestabat, exserens gladium atque percutiens, fortiter agens, illum se defendentem confodit & necavit.

Commodus imp. (qui apud Lamprid. sc̄uior Domitiano dicitur) cum statuisset complures viros Consulares ac Senatores occidere, inprimisq; Marciam quam loco coniugis habebat, nec non Lætum præfectum prætorio, ac Electũ custodem cubiculi, eorundem conspiratione à Narcisso athleta oppressis faucibus strangulatur, & qui viuens multis lacrymarum caussam præbebat risus materiam ipsedem moriens suppeditabat.

Vbi Eusebiani (Ariani) oues gregis Alexandrini destitutas pastore (S. Athanasio) vident, quendam nomine Gregorium, lupum in locum pastoris substitunt, qui ad sex annos multo maiore crudelitate quam agrestes belluæ in gregem vsus, tandem à suis ipsius ouibus miserè extinctus fuit, debitasq; suæ improbitatis pœnas persoluit.

Attila Rex Hunnorum, qui ex prædictione cuiusdam sanctiis, viri cognominari voluit flagellum Dei, quòd à Deo missus esset ultor scelerum peccantium Christianorum,

D 4 instar

Anno
Chr. 98.
Hæc pluribus
Suet. in
Dom. c. 17.
Philostr.
li. 8. Dio 26.
licet diuerso
modo
rem gestã
referant.

4.
Anno
Chr. 194.

Hæc fusius
Herodian.
li. 1. Dio 26.

5.
Anno
Chr. 342.
Theod. li.
2. c. 4.

6.
Ad huius
nomen cõ.
tremuit v.
niuersus
orbis.

Esa io. instar Aflur qui virga furoris Domini est no-
Paul. diac. minatus, fultus fortissimarum gentium que
lib 15. subiugauerat præsidio ad occidentale demo-
 liendum animum intendit imperium, cui
 exercitus septingentorum millium nume-
 ferebatur: vir in concussionem orbis in me-
 do natus, terrarum omnium metu quoq; ve-
 gatus, supplicanti- bus inexorabilis & inces-
 superbus erat. Noctu vero mulieris manu ca-
Anno tro confossus est, teste Marcellino. Recte præ-
Chr. 454. inde Theodoretus: Mundi huius præsul-
De curat gubernator patitur tyrannos esse ceu que-
græc. affec, dam carnifices, vt per eos ab impijs & iniquis
scr. 6. hominibus pœnas exigat; mox tamen & eos-
 dem tyrannos exactissimo traditurus præ-
 plicio.

7. Basiliscus tyrannus hæreticus, qui expo-
Procop. de so Zenone imp. inuaserat imperium, cum
bello xore & filijs fame contabescere & perire co-
VVand. gebatur, cum annum vnum & menses octo
lib. 1. imperasset. Tali clausit sine vitam homi-
Anno signi avaritia, vt ne cerdonibus quidem & cer-
Chr. 477. temptis opificibus parceret, omniaq; ple-
 essent lacrymarum inter ipsius exactio-
 teste Suida.

8. Hunericus Rex VVandalorum truculen-
Anno tus carnifex instar Antiochi, Herodis. & Mo-
Chr. 484. ximini, vermibus vlticibus est consumptus.
Iob 40. Qui dispergit superbos in furore suo, & re-
 spiciens omnem arrogantem humiliat, exci-
 tatus tanquam dormiens, ipsum, cum de pro-
 stratus

frata fide Catholica amens putaret paradum
 sibi triumphum, diuinam coegit experiri
 vindictam, & vermibus consumendum tra-
 dens omnium hominum miserrimum reddi-
 dit. Putrefactum & ebulliens vermibus (ait
 Victor de persec. Vand. lib. 3.) non corpus
 sed partes corporis eius videbantur esse se-
 pulchra. Gregor. Turonensis de execrabili eius
 obitu ait: Tunc & sol teter apparuit, ita vt vix
 ab ea pars vel tertia eluceret, credo namque
 pro tantis sceleribus & effusione sanguinis in-
 nocentis. Hunericus vero post tantum faci-
 nus arreptus a demone, qui diu de sanctorum
 sanguine pastus fuerat, proprijs se morsibus
 laniabat, in quo etiam cruciatu vitam indig-
 nam iusta morte finiuit. S. Isidorus ait eum
 interioribus cunctis effusis miserabiliter vi-
 tam amisisse. Fuerunt plane eiusmodi tam di-
 ra supplicia praedictum aeternae damnatio-
 nis, Ac primum quidem praedixit fortissima
 Judith his verbis: Væ genti insurgenti super
 genus meum: Dominus enim omnipotens
 vindicabit in eis: in die iudicij visitabit illos:
 dabit enim ignem & vermes in carnes eorum,
 vt vrantur & sentiant vsq; in sempiternum.
 sarcophagum certe eius, ipsa putrium carni-
 um theca, iræ Dei preclarum atq; perspicuum
 monumentum non fuit digniori epitaphio
 inscribendum quam quod ad Regem Tyri dixit
 Ezechiel: Nihil factus es, & non eris in perpe-
 tuum: vel quod magnus ille Mathathias de

De gestis
 Franc. lib.
 2. c. 3.

Cap. 19.

Cap. 28.

1. Macc. 2.

D 5 huic

huic simili Antlocho dixit: Gloria eius fumus
& vermis est.

9.
Plutar. in
Vitel.
Sic & Bur-
gundia dux
Carolus au-
dax vna cū
stirpe inte-
riit, quia se-
uus extite-
rat, & 10.
crudeliter
victorias
exercuerat.
Cic. 1. disp.
Tusc.
Iuuen. ad
generum
Cereris si-
ne cade &
sanguine
pauci.

II.
Descēdunt
Reges &
sicca mor-
te tyranni.
Mors tam
breui sece-
ra argumē-
to est Deū
voluisse in
fontis mor-
te vlciſci.

Vespasiani stirps male perijt, quia is Ve-
tellianum quendam ducem, qui multos an-
nos in antro subterraneo delituerat prohi-
tum interfecit, quamuis vxor eiusdem, po-
positis ad genua Vespasiani liberis, quos
latebra viro genuerat, tāta affectus vehemen-
tia pro marito supplicaret, vt ipsi etiā Vespasiano
lacrymas excuteret.

Theramenes Atheniensis cum cicuta
(Venenum) nihil commeritus bibere cog-
retur (propterea quod reliquorum 30. ty-
rannorum crudelitati aduersaretur) aduer-
sario & præcipuo suæ necis auctori Critias
dens poculum propinavit. Nec effecta
ruit illa imprecatio, Nam haud ita mu-
post & Critias tyrannus interfecit
prima pugna quam triginta cum ijs qui
rænum occupauerant commiserunt.

Clearchi primi Heraclienſium tyran-
ni fratrem Satyrum ait Memnon historio-
tam horribili morbo interiſſe vt cunctis
pareret ipsum suæ crudelitatis pœnas
re. Nam carcinoma in inguine ipsius
pullularat sanie intolerabilis foetoris vbi-
tim manans vt neque ministri neque medi-
putredinis graueolentiam ferre possent.

Non dissimili mortis genere Herodes magnus
ter Phalaris interiit. Vide locum de persec. Chast.

Henricus eo nomine tertius Gallia: Rex
iacet manu Monachi peremptus medicato
cultro in viscera adacto. Parabat ille, quonia
prole carebat, sororio Henrico Vindomiensi
regnum relinquere, quamuis à tenera ætate
pravis de religione opinionibus infecto, eoq;
tempore diris deuoto à Pontificibus Roma-
nis, iureq; successionis spoliato, nunc mente
mutata Christianissimo Gallia: Regi. Consili-
o indicato magna pars proceru re cum alijs
principibus communicata, tum Gallis, tum
externis, pro salute patriæ, pro religione su-
munt arma, vndiq; auxilia conquirunt. Prin-
ceps Guisus, in cuius & familia: virtute spes
& fortunæ Gallia: hac tempestate sitæ erant.
Procerum conatus Hæricus vindicare parans
Guisum perimedi certus Lutetiam aduocat,
& cum consilium nõ processisset furente po-
pulo atq; ad arma cõcitato, ex ea vrbe raptim
discedens haud magno interuallo simulat se
ad meliora consilia traductum publicè de cõ-
muni salute deliberare velle. Blesis, quæ vrbs
Ligeri alluitur, cunctis ordinibus eius accitu
conuenientibus Guisum & Cardinalem eius
fratrem securos per fidem conuentus in regia
perimit (confictis tamen post cædem maie-
statis criminibus, vt iure factum videretur)
accusatos, nullo defendere, decretumq; vt le-
ge maiestatis punirètur. Capit alios, in his Bor-
bonium Cardinalem, cui in affecta quauis æ-
tate proxima imperandi spes post Henricum
desti-

Ioan. Ma-
rian. li 1. de
Rege, &c.
cap. 6.

Impij au-
sus haud
impunè
cadunt.

Principu
potentia
imbecillis
est si reu-
rentia ab
animis sub-
ditorum se-
mel recess-
sit.

Regum vo-
luntates in
eo quod
proposue-
runt inui-
dæ sunt.

destinabatur iure sanguinis. Commouit eam
 magnæ Galliaë partis animos, multaq; ciui-
 tes Henrico abdicato pro communi salute
 publicè rebellarunt. Princeps Lutetia, verum
 motus plebis ad instar torrentis est, ad breue
 tempus inflatur, Residente multitudinis in-
 petu atque Henrico ad quartum ab vrbe lap-
 dem castra habente nõ sine spe eius vrbis ab-
 dicandæ res propemodum deploratas vni-
 iuuenis audacia ad tempus breue certe recu-
 uit. Iacobus Clemens nomine in sui ordinis
 Dominicano Collegio Theologiae operan-
 dabat, cum cognito à Theologis quos ex-
 sciscitatus tyrannum iure interim posse, tu-
 acceptis litteris ab ijs quos ab Henrico vrbe
 in vrbe aut palã stare odoratus erat, suppre-
 consilio, certus Regis perimendi in cal-
 abijt Kal. Aug. anno milles. quingent. octu-

Sic. Iud 3. nono. Nec mora, quasi arcana ciuium con-
 Aiod. mus municaturus ad regem continuo admittit
 neribus in redditis quas adferebat litteris, in diem po-
 Eglonis ximum sustentare iubetur. Ergo ipsis Kal.
 Moabitarum Regis Aug. qui dies Petri apostoli vinculis sacris
 animũ in- facris operatus ad Regem è lecto surgente
 sinuatis, eũ nondum plane vestitum eo aduocante ingre-
 peremit ditur. Sermonibus vltro citroq; habitis cu-
 pugione in prope accessisset specie alias litteras in manu
 ventre con tradendi, cultro quem herbis noxijs medi-
 fixo, popu- tum manu tegebat, supra vesicam altum
 lareq; suos nus infixit. Insignem animi confidentiam
 dura serui- facinus memorabile. Doloze Rex percussit
 tute cri- puit.

eodem cultro interfectoris oculum & pectus
ferit, proditorem, patricidam in clamans, ir-
rumpunt aulici re insolita commoti, prostra-
to atque exanimi pleraque vulnera feritate
& sæuitia imponunt, nihil elocuto ac læto
potius, vti ex vultu apparebat, quod re patra-
ta cruciatus alios, quos, vt par esset, veritus e-
rat euaderet. Simul suo sanguine patriæ com-
munis & gentis libertatem redemptam inter
ictus & vulnera impense lætabatur scilicet.
Cæde cædes expiata, & manibus Guisij ducis
perfide perempti regio sanguine est paren-
tatum. Sic Clemens ille periit, 24. natus an-
nos, simplici iuuenis ingenio, neque robusto
corpore, sed maior vis vires & animum con-
firmabat. Rex nocte proxima in magna spe
salutis eoque nullis sacris procuratus, secun-
da hora post mediam noctem in illa Dauidis
verba prorumpens: Ecce enim in iniquitati-
bus conceptus sum, & in peccatis concepit me
mater mea, extremum spiritum edidit, felix
futurus, si cum primis vltima contexuisset,
talemque se principem præstitillet qualis sub
Carolo fratre Rege fuisse credebatur, &c.

Ticinensis ciuitas per tres annos & aliquot
menses obsidionem perferens tandem se Al-
boino (Regi Longobardorum) tradidit, & ob-
sidentibus Longobardis. In quam cum Al-
boinus, per portam quæ dicitur S. Ioannis ab
orientali vrbis parte introiret, equus eius in
portæ medio concidens, quamuis calcaribus
stimu-

Vi & ar-
mis Remp.
occupans,
nullo iure,
nullo pu-
blico ciui-
um consen-
su, à quo-
cunq; peri-
mi potest,
vt publi-
cus hostis.

Vitæ suæ
periculo
publicam
incolumi-
tatem rede-
mit,

Psal. 50.

Bona iuue-
tæ maior
ætas flagi-
tio oblite-
rauit.

13.

Paul. draç.
de gestis
Longob.
li. 2. c. 13.

Cap. 14.

14.

Cedrenus.

Plura exē-
plā lege in
loco de
persequen-
tibus Chri-
stianis,

stimulatus, quamuis hinc inde à stratoriorum
beribus cæsus non poterat eleuari. Tunc de
dam de Longobardis ita Regem allocutus
Memento domine Rex, quale votum vo-
sti, frange tam dirum votum & ingredieris
urbem. Vere enim Christianus est populus
hac ciuitate. Siquidem Alboinus, vovet
quod vniuersum populum qui se dedere
luerat, gladio extingueret. Qui post
tale votum distrumpens veniam promittit
mox equo surgente ciuitatem ingressus in
promissione permansit, &c. hæc Paul. De
qui etiam subiungit quomodo hic Rex
dijs suæ coniugis Rosimundæ peremptus
per Helmigem Regis armigerum, cui Hel-
gi ipsa postea mortis poculū propinavit. In
vero vbi sensit se mortis poculū bibisse, Ro-
mundam (euaginato gladio super eam) quæ
reliquum erat bibere coëgit. Sicque age-
Deo vindice qui in noxios populos cruce
cæde depascebant (Rex, Regina, &c.) in
psos suam ipsorum sæuitiam retorquent,
omnipotentis Dei iudicio Regis interfec-
res nequissimi vno momento pereunt.

Quia Phocas imp. tyrannice imperium
uasit, & idem tyrannice administrauit, tandem
Photinus quidam ignominiose eum è solio
trahit, imperatoria veste spoliat, nigraque
ste circumdatum & numellis inclusum cõtra
ptim ad Heraclium deducit, qui iubet manus
& pedes, mox humeros & pudenda ei am-
p

tari,
fuit
Hun-
fimo
tes
se. Eo
pelli
tene
defic

PV

N
prat
nis e
iuuer
in m
spes
tuna
naria
desp
hona
ratis
hom
tunt
ple
cui a
parat
rogã

tari, tandem & caput, trunci quod reliquum fuit, milites in foro Bovis combusserunt. Hunc tandem consecutus est finem immanissimus tyrannus, quem satius fuisset apud milites lixam quam imperatorem professum esse. Eo ceca dominandi cupiditas homines impellit, ut dum quod est supra vires appetunt, tenereque non valent sub molis ruina oppressi deficiant.

PVNITVR FAMILIARITAS CVM

*Demone, per quam incurrunt impij
mortem animæ, & saepe corporis.*

Nicolaus Remigius (lib. 1. dæmonolatriæ c. 9.) ait: Theodorus Maillotius (is præturam in vasta regni prouincia quæ ditioris est Lotharingiæ senex obtinuit) cū adhuc iuuenis amplissima familia natā adolescentulā in matrimoniū deperiret, & illi eius potiundæ spes omnis esset abscissa atque erepta (nā & fortuna egens atque humilis atque famulatus mercenaria cōditiōe, in qua tum erat ignobilis & despiciatus nullā ne detegēdi quidē amoris sui honestā satis rationē videbat) Ergo, ut desperatis rebus & ipsa se iā deserēte expectatione, homines ad quoduis cōsiliū se facile cōuertunt ac nullo delectu fugienda sequēdave amplectūtur, Maillotius conseruū ex Germania, cui audiuerat dæmonē esse ad quęcūque obsequia paratissimū, adit, huicque suā egritudinē aperit, rogās, ut si quæ ei remediū adferre posset, id ne graua-

D. Leo ho.
19. de pas-
sione Chris-
ti: Benefi-
cia dæmo-
nū cunctis
sunt nocen-
tiora vul-
neribus.